



**V**eremūdus filius fuit Vigleti regis Daniæ, post cuius obitum ipse omnium cōsensu in eius locum rex electus est. erat enim multis uirtutibus & singulari prudentia insignis, præterea pacis egregius amator. Itaq; cum uideret bellorum tumultu regna pessundari, ipse cum uiciniis pacē & foedera constituit, et regnum suum fœliciter ad ministravit. Sic prolixis trāquillitatis ocījs iucunda temporum quiete decursis, diutinam domesti cæ pacis constantiam inconcussa rerum securitate tractabat, circa annum mundi ter millesimum quīngentesimum. Verū id ei molestissimum erat, quod iuuentam expers prolis exegisse. Tan-

dem tamen senior factus filium Vffonem fortunæ munere suscitatum progressuuit. Sed is omnes coæuos corporis habitu superās, adeò hebetis ineptiç; animi principiò iuuentæ existimatus est, ut priuatis & publicis rebus inutilis uideretur. Id cum pater uideret, filiam ei Slesuicensium præfecti Frouuini in matrimonium asciscit, sperans hoc modo Vffonem singularem regni sui protectorem habiturum. Cum hoc modo Vueremundus diu præfuisset, ita ut uideret usum amitteret, Saxones uicini commodam occasionem adesse rati, p legatos à Vueremundo petierunt, ut regi suo Daniām procurandam cōmitat, aut utriusq; regis filios duello pro regia dignitate decertare sinat. Ad hæc Vueremundus cæcitatis sibi uitium, & filij stoliditatem exprobrari audiens, ingemuit, atq; fata sua propè instantia expectare iussit.